In summo honore summa sit tibi humilitas Quanto magis summus sis
humilitatem tene Quanto sublimis potestatis ante celsitudine
resplendes Non te extollat honor Preditus humilis culmine sub
limitatis tanto maiorem humilitatem assumas quanto magis
es dignitate prelatus Impositas quoque curas humiliter
comple Traditum ministerium mente subdita suscipe Esto obe
diens divine disposicioni et voluntati eius contraire non au
deas Iura potestatis accepte moderanter exerce Potestatis iura
accepta ordinato animo administra Omnia non turbulento sed
tranquillo corde dispone Tamen autem honores quos sine culpa
tenere non potes Sublimitas honoris magnitudo sceleris
est In maiori honore maior est sine dubio culpa Cum
maior est venie proximus est Potentes autem potenter tormenta
patientur Iudicium enim durissimum hijs qui presunt Cui
multum datur multum ab eo queritur cui plus committitur plus
ab eo exigitur Honores quoque secum pericula afferunt Quan
to precellit potestas tanto ruina patitur si hanc non adiuvet
veritas Quanto enim maior honor tanto maius periculum
Alta arbor ventis forcius agitatur Excelse turres graviori
casu procumbunt Altissimi montes crebris fulguribus feriuntur
In potente cito cadit invidia cito patet insidijs gloriosus
Gloria enim invidiam parit invidia vero periculum Quamvislibet
quis in seculo gloria fulgeat purpura auroque resplendeat
cultu precioso redimitus emineat multitudine sit premunitus
circumdatus armis protectus munere obsequium cuivis sit
stipatus agminibus tutus semper tamen in pena est semper in angustia semper
in merore semper in discrimine In serico stratu cubat sed turbidus
in pluma iacet sed pallidus in lectis aureis sed turbatus Bre
vis est huius mundi felicitas modica huius seculi gloria caduca

et fragil temporal potencia Dic vbi ſunt reges vbi
principes vbi imperatores vbi Cenuple

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF